AUGUSTINUS, IN IOHANNIS EVANGELIUM TRACTATUS CXXIV (LIBRI XV-XXXVI)
Salzburg, St. Peter 821-836 Seite 162v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36447
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



lecta sunt: uos scdm carnē iudicatis; Ideo mihi inquit dicitis:
tu dicere testimonium dicis: testimoniū tuū non ē ue
rum, Quia scdm carnē iudicatis: quia dm̄ non intelle
gitis: & hominē uidetis: & hominem psequendo: dm̄
latentem offenditis; Ergo scdm carnē iudicatis:
ideo uob arrogans uideor: quia ego de me testimo
niū phibeo, Omnis enī homo quando de se phibere
uult laudabile testimoniū: arrogans & supbus uide
tur, Ideo scriptum est, Non te laudet os tuum:
sed laudet te os proximi tui, Sed hoc homini dictū
ē. Infirmi enim sumus: & apud infirmos loquimur,
Uerum dicere: & mentiri possumus, & si ue
rum dicere debemus: & mentiri tamen possumus.
Cum uolumus, Lux mentiri non pot est. Absit
ut in lucis diuine splendore: tenebre mendacii
repperiantur, Loquebatur ille tamquam lux:
loquebatur tamquam ueritas: sed lux in tenebris
lucebat: & tenebre eam non conprehendebant:
ideo scdm carnem iudicabant, uos inquit scdm car
nē iudicatis: ego non iudico quemquam, Non ergo
iudicat quēquam. dn̄s ihs xps: nonne ipse est quē
confitemur. resurrexisse. tertio die: ascendisse